

meritoria. Et hic est ultimus gradus  
prime ascensionis et dicitur satisfactio.  
Hys tribus gradibus prima ascensio  
finit et hys tribus partibus penitentie  
redit ad cor et deo parit reconciliaris.

**I**ncipit scda ascensio contra scdm  
descensum qua reditur ad cordis pu  
ritatem. et q impuritas cordis in tri  
bus consistit contra q tria tribus ascē  
sionum gradibus pficiat in ista scda  
ascensione. Capl. xv.

**Q**uæ homo sanus factus es et  
deo reconciliatus vade et pce  
de ulterius et apius noli pec  
care. s magis stude de vtute in virtu  
te pficere. nec putes sufficē q p peni  
tenciā sis deo reconciliatus vt ad ei<sup>9</sup> fa  
miliaritatē accipiaris et pfectā carita  
te. An ignoras q absolon reconciliat<sup>9</sup>  
pri suo. nōdū tñ faciē ei<sup>9</sup> vidē meruit  
n̄ in domo ppria aliqto tpe remanēs.

**I**ta et tu si vis faciem dei in uis corde  
conspicere. noli hoc subito presumere  
sed stude plus in corde tuo paulatim as-  
cendere. et per ascensiones cordis te lon-  
go tempore exercere et ad puritatem  
cordis peruenire. peransiter et repur-  
gas septuplum. examinans examinans  
usque ad fundamentum in eo. usque dum  
fex cordis et immundicia sit examinata.  
Siquidez ut supra diximus cum homo  
redit ad cor quod fuit egressus foras post  
concupiscencias. licet reconciliatus sit  
et per gratiam purgatus a culpa. ma-  
nent tamen adhuc reliquie et immunde  
feces peccatorum in anima. id est affectio-  
nes noxie. et immunde et limose visco-  
sitates per peccatum acquisite. per assue-  
factionem molite. quas oportet expur-  
gare et successive de illis egredi et as-  
cendere. Et hoc est de corde impuro  
ad cordis puritatem proficere et ascendere

contra scđm descensum prius assigna-  
tum. **S**ed et contra hunc descensum  
necesse est tres ascēiones in corde dis-  
ponere. **S**iquidē impuritas cordis tui  
et affectuū in tribus constare videt̃ .

**P**rimo in hoc qđ nimis inordinata af-  
fectōne inheres rebus infimis vel incli-  
naris inordinatē ad eas puta glē vane  
honori . laudi . gule . luxurie . ⁊ c̃ amās  
non amanda . **S**ecdo consistit impuri-  
tas in hoc qđ nō amas amanda . sed af-  
fectus et appetitus ita sunt immūdi et  
impuri et malis humoribus infecti vt  
spiritualia et celestia nil eis sapiant s̃  
quodāmodo nauseam habeant super  
celesti manna . nihil mouētur sup me-  
moriam regni celoz et similibus **E**t hec  
impuritas potest dici odium nō odien-  
dorum . id ē non appetere appetenda .  
**T**ercia cordis impuritas est quedam  
cordis infirmitas vel inhabilitas qua

homo etiam iam purgatus affectionibus et aliquantulum etiam reparatus spe. attamen inidoneus seu minus sufficiens redditur ut deo per firmam perfecti amoris affectionem inhereat vigore caritatis deficiente. // **C**ontra istas cordis tui impuritates oportet tribus ascensionibus successive ascendere. id est tribus virtutum gradibus proficere. Nam contra primam impuritatem ascendimus per timorem domini qui quasi violenter cor concutit et rumpit a noxiis inferiorum affectionibus et inhesionibus. // **C**ontra secundam impuritatem proficimus per spem. quia spes cor nostrum leuat et de celestibus ei gustum recuperat dando affectum celestia adipiscendi. // **C**ontra tertiam impuritatem. caritate ascendimus qua deo unimur et ei adheremus. Sed de his plenius per singula est dicendum.